

Johannes Corfinius

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Corfinius, SS.
Theol. D. Moraliū Professor, & Pastor D. Mar. Ad Funus Quod ... Viro, Ernesto
Sibrand/ Civi Rostochiensi Primario, Marito suo desideratissimo. Hodierna ...
parabit Vidua moestissima. Quorumvis ordinum Cives Academicos officiose
invitat**

Rostochii: Kilius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774762071>

Druck Freier  Zugang



Corfinius, J.,
in
E. S i b r a n d .

R o s t o c k , 1 6 5 2 .

29

PROGRAMMA
^{Quo}
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOHANNES CORFINIUS,
SS. Theol. D. Moralium Professor,
& Pastor D. Mar.

Ad
Funus
Quod

Spectatissimo, & Præstantissimo VIRO,
ERNESTO Sibrand /
Civi Rostochiensi Primario,
Marito suo desideratissimo.

Hodiernâ luce in æde B. Virgini sacrâ parabit
Vidua moestissima.

Quorumvis ordinum Cives Academi-
officiose invitæ.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILI, Academ. Typogr.
Anno M. DC. LII.

Pestifera est, & perquam pernicioſa ſecuritatſ lues, quæ latas nihilominus firmasq; in penetralibus mortalium quotidie agit radices. Lolium & vepretum agris noxium eſt, quod ut radicibus extirpent, vel immiſſis depaſcant flammis, operam impendunt coloni, niſi mavelint zizaniis ſubigi agros, quam lætis flavefcere ariftis; verùm quod æquè ſacris frugibus pernicioſum ſit, quàm ſecuritatſ lolium eſt animis, nuſpſiam reperietur. *Cuſtodi agrum cordis quanta cunq; licuerit ſedulitate, cum exinde vita prodeat*, iſtud Regum Sapientiſſimi monitum eſt, quod niſi floccipenderent telluris incolæ, hanc ſalutis peſtem capitalem fervidiori zelo abominarentur. Omnino iſti Morycho ſtupidiores ſunt, qui in hac mûndi colluvie tutam ſibi pollicentur tranquillitatem & ſecuritatem genuinam, quam ne in Paradifo quidem Parens primævus obtinebat, (ſecus ſi fuiſſet, dæmonis vaſtamenta abiſſent in fumos, neq; detrimentum inde hauſiſſet Protoplaſtus) neq; in cæleſti Angelorum conſortio Lucifer turus erat, ſed propriæ ambitionis laqueis ſeiſpſam implicabat, & in imum præcipitabat miſeriæ barathrum. Quocirca cum Angelos ſub divinitatſ præſentiâ in cælo cecidiſſe, & Adamum de loco voluptatſ in Paradifo dejectum eſſe ſacra Diſgeſta pandant, utiq; in orbe nuſquam tuta ſperanda erit tranquillitas, ſed frangenda cautè erunt blandientſ ſecuritatſ repagula. Frugam noſtrarum ſpiritualium operoſiorem geramus curam fas eſt, agricolas æmulati, qui quantſper adhuc meſſis in herba eſt, nunquã ſecuritatē jaçtitant, exactè enim noverunt homines craſſioriſ ingeniſ, & alioquin rerû cæterarum cognitione minus exculti, ſubitò grandinẽ venire, qui fruges conterat, &
proa

80
proſternat humi. nunc fulgur adefſe, quod exurat, nunc
turbinem qui conquaſſet, vel æſtum ſubſequi, qui abſu-
mat, præterea aves quandoq; vel locuſtas depaſcere,
ſementis proventum uberrimum, unde fieri conſtat,
ut unâ aliquando nocte, vel momento horæ unico abſu-
mi doleat agricola fruges, ex quibus amplam ſibi pro-
miſerat meſſem. Sed unde illam animorum plurimo-
rum ſocordiam reſultare pronuntiabimus, qua felicitatis
ſalutiſq; noſtræ æternum obtinendæ meſſem adhuc-
dum in herbâ eſſe, minus exactè ponderant? Circum-
ſtare detrimenta, animasq; periculis decumanis dex-
trorſum, ſiniftrorſum circumvallari, nemo Chriſticola-
rum ignorare poterit, nondum enim ad faſciculos vi-
ventium collectæ ſunt, ſed in agro hujus ſæculi tempe-
ſtatum injuriæ exponuntur, facile afflictionum grando
animas franget, facile coruſcatio dolofi fratris, mox
carnalis immunditiæ æſtus, dehinc impatientiæ turbo
illas vexabit, accedent præterea curioſitatis aves, adu-
lationis locuſtæ, beſtiæq; crudelitatis, quæ factam vir-
tutum ſementem, & ſperatum exinde proventum peni-
tus perdent. Proinde cum ſalutis tuæ meſſis adhuc in
herbâ ſit, per diuſ & pernox curam impendere debebas
Homo, ne jaçturam facias theſauri inæſtimabilis, neve
jumento proprio tibi accerſas malum, & ſomnolentiæ
torpore ſopitus bonum amittas, quod deinceps nullis
auri myriadibus, nullis ſæculorum tractibus, nullis de-
niq; intervenientibus fratrum ſuſpiriis & deſideriis rei-
ceratis recuperare licebit. Rei nullius cura noſtrum ad eò
exercere debebat animum, quàm quæ ſalutis obtinendæ
gratiâ erat impendenda, ſed adverſarii ſpiritualis faſci-
no ſeducti in utramvis aurem dormitant, qui attentio-
ne exactiſſimâ præſtolari debebant Magni noſtri Ser-
vatoris adventum, tubæq; terribilis ſonitum auribus

nostris quasi obstrepentem ponderare. Veruntamen
ista quamvis unice & anxie optanda sit cordium vigi-
lantia, speranda tamen hoc sæculo exulcerato haud
erit, ubi propediem universalis panolethria expectan-
da, neq; enim imminuetur lerna securitatis in extremo
hoc mundi devergio, vires potius magisq; acqui-
ret, & qualis Noachi sæculo Antediluvianum Orbem,
implicabat securitas, ut promiscue vorantes, potantes,
connubia sociantes, in meris luxuriæ deliciis vitã transi-
gerent, contemptimq; haberent saluberrima Præconis
justitiæ Monita, non dispari modo (ipso vaticinante
Mundi Salvatore JESU) postremos in orbe Empactas
vino madidos, abdominis mancipia, a sotia studio de-
ditos, exoptatamq; tranquillitatem sibimet subdole pol-
licitantes securitas intricabit, sed Orbis Judex Justissi-
mus meritas quoq; irrisoribus pœnas decernet. Has qui
effugere desiderat pœnas & anxietates intolerabiles, in
præsenti vitæ curriculo ocyus mundanis illecebris, &
dolosus deliciis nuncium remittat, ne præsenti confor-
mis reddatur sæculo, sed uni se mancipet Christo, cui im-
motã adhæreat fide, ac infirmitatem suam virtute atq;
efficaciã meriti sacrosancti corroboret. Hoc mature &
laudatã ponderavit attentione *Vir Spectatissimus, & Vir-
tutum Ornatus Egregius Dn. ERNESTUS Sibrand/
Reipublica hujus laudatissimus Civis*, qui in flore virili
avocatus est, quantumvis enim vernantes ætatis annos
numeraret, nihilominus corporis languebat imbecilli-
tate non-minimã, proinde citò meditationi cœlestiũ re-
rum animum consecravit, & Immanueli suo immotã
adhæsit confidentiã, id quod in postremo vitæ transacto
anno abundè probavit, in morbo præcipue, dum sacris
me letematibus sedulo sese recreavit. Vitam clausit,
placi-

placidissimè, & vanitatem vanitatum ubiq; deprehendi
asseruit, quocirca beatissimam anhelavit emigrationem,
quam ad nutum benignitate Dei consecutus est, die cur-
rentis Mensis decimo tertio.

Recensebimus nunc ista, quæ pro consuetudine anti-
quitas receptâ ultimi honoris causâ pervulgari assolent,
quâ videlicet oriundus fuerit familiâ, & quod vitæ ele-
gerit genus. Orbem aspexit Anno hujus sæculi decimo
quinto, die Septembris 21, B. Matthæo Apostolo sacro,
& in Republicâ ac Urbe Rostochiensî, ob Pacis antiqui-
tus restitutæ recordationem solenniori cultu celebra-
do. Parentem honoravit Virum Prudentissimum, &
Spectatissimum Dn ERNESTUM Sibrand/ antehac
Senatorem Rostochiensem dignissimum, Matrem verò
Fæminam Honestissimam, & muliebri decore Ornatam
ANNA M Havemans laudavit, quam ante annos ali-
quot, cum senio annisq; provectior esset, ad dormitori-
um deduxit. Habuit præterea Avum Paternum Inte-
gerrimum Virum, Dn. HENRICUM Sibrand/ Civem
primarium, & candoris studio laudatum, Maternum,
verò Prudentissimum Virum Dn. JOHANNEM
Haveman/ Consulem Cröpelinensis Oppidi bene meri-
tum; Aviam deniq; Paternam, Matronam Honoratissi-
mam, DOROTHEAM Sûchtînges/ Maternam verò
Lectissimam Fœminam ANNAM Srügers salutavit.
Hi Majores erant, è quorum stirpe laudatissimi germi-
narunt fœculi, quorum seriem nunc sistere non licebit;
veruntamen cum hæridatario Originalis Peccati malo
(quod universis prohdolor & singulis commune est
mortalibus) infecti essent Genitores, non puriorem in-
dolem derivare potuerunt in sobolem, itaq; connatum
vitium cælesti purgandum erat lavacro, quod nisi fieret

Sanctorum hereditate potiri haudquāquam valuisset) In ætate tenerā Parentum sedula cura ad virtutum trāmitem Filium invitabat, cui succurrebat fida Magistro-Publicorum pariter ac Privatorum informatio, quæ animum excolebat, ut Latini sermonis expeditam sibi compararet cognitionem. Non displicebat dehinc Parentibus, ut ad extera pergeret loca, & peregrinas regiones urbesq; lustrando prudentiam aliqualem acquireret; Ablegabatur primitus Amsterodamum, cujus Emporii celebratissimi decus apud Indos Arabesq; & populos orbis remotissimos jamdudum innotuit; Commoratus ibidem est per integrum triennium, & mercaturæ exercendæ operam navavit. Dehinc in Galliam concessit, & in florentissimo substitit Regno per sesquiannum, Linguae potissimum imbibendæ gratiâ, quam exactè callebat, ut non duntaxat aliorum habitos sermones intelligeret, sed expeditissimè Gallico idiomate animi exprimeret sensa. Domum dehinc revocatus paternos salutabat lares, sed post anni dimidiū reliquit solum patrium, & vice alterâ ad Belgas ivit, Gallicam etiam iteravit peregrinationem impetrato Parentis consensu, ad Italos quoq; migrare jam animus erat, neq; propositum immutasset, nisi jussa Parentis transmissa aliud imperassent; Cum etenim Virum Consultissimum & Clarissimum Dn. HENRICUM Sibrand/ J. U. Doctorem Eximium, Filium Primogenitum, ex longinquiori peregrinatione reversum, in ipso flore ætatis ereptum ingenti animorum mærore deplorarent Parentes, provida eorundem cura haud admittebat, ut Filius superstes unicus itinerum expediendorum periculis ac difficultatibus ulterius exponeretur; Retrò vocatus illicò obsequebatur, ut solamini esset Genitori Matriq; dul-

dulcissimis. Domi cum aliquantisper substitisset. gubernante S.S. Numinis providentiâ, suffragio & consensu Patrû, Anno millesimo, sexcentesimo, quadragesimo tori Sociam sibi cooptavit Virginem Leçtissimam. Pudicissimamq; ANNAM Arnoldeſ/ Viri Integerrimi, & Præstantissimi Dn. JOHANNIS Arnoldeſ/ Civis industrii, & præcipuis annumerandi Filiam, hodie Viduam planctu acerbo Mariti conjunctissimi & desideratissimi necem lugentem; quod suave equidem & pacarum fuit connubium, & animorum concordia commendatum, attamen minus diuturnum, quod ipsum nunc miserè excruciat pungitq; mærentis Viduæ animum, quem ut levamine subministrato Altissimus refocillet, precamur. Suscepit Macarites ex Costâ suavissimâ Filiolam unicam ANNAM-DOROTHEAM, Filios verò numero quatuor, quorum bini natu majores JOHAN-HENRICUS & ERNESTUS ALEXANDER, juxtâ cum Filiolâ primogenitâ (primitias etenim sibi vindicat Jehova) maturè ex orbe nimium-quantùm inquinato ad cælestes concesserunt delicias; Duo verò sarculi posteriores vivi vegetiq; adhuc superstites remansere, JOHANNES videlicet, & ERNESTUS. qui cum immaturè propensionis inspectionisq; paternæ felicitate orbatî sint, eorundem ut curam gerat impensiosem indulgentissimus orphanorum protector, eosq; ad virtutum specimina & studia succrescere faxit, vovemus. Orbi quamdiu interfuit piè Defunctus candori strenuè operam impendit, & quamvis à nævis haud esset immunis, illos tamen non palliavit, immò delicta Servatoris cruore tingi & tolli intrepidè credidit. & ex Verbi pharmacopolio, & Sacramentorum promptuario medicinam sibi comparavit, quâ vires
spi-

spirituales, prævaricationum gangræna subinde depa-
stas restauraret. De cætero in Politiâ hac Patriâ ita sese
gesit, ut quæ à Cive Candido, & virtutis Cultore re-
quiritur, pro virili præstaret, Historico imprimis stu-
dio mentem recrearet; cumq; ipsius perspecta esset inte-
gritas, absq; munere publico latitare non potuit, sed per
sexennium Ærario præfuit publico. Ast corporis im-
becillitas nimium hunc Virum in annis etiam juveni-
libus maceravit, pulmonum namq; affectu satis pericu-
loso debilitatus est, qui ulcere accedente omnino inva-
luit, ut neq; naturæ vires oneri huic sustinendo, nedum
vincendo pares essent, neu medicamentorum copia hos-
tem ferocissimum ac validissimum posset debellare.
Ipse tandem amore vitæ caducæ posthabito ad cælestia
aspirabat, & ut conceptam probè muniret fiduciam E-
pulo Eucharistico animam recreandam curabat, cumq;
imminentem perspiceret vitæ terminum, solidè & fervi-
de Mediatori seipsum dedens inter preces suas piè emi-
sit spiritum 13. Decembr. cum non pridem Trigesimum
septimum annum vivendo complevisset.

Unicum à Vobis, Academici Cives, cumq; postre-
mum Marito conferendum desiderat honorem Vidua
luctu afflicta, scilicet ut frequentiori comitatu exequias
cohonostetis, quod humanitatis insigne officium ut
promptè exhibeatis, peramanter invito, P. P. Sub

Sigillo Rectoratus die XX. Decemb.

Anno 1652

Convencus in diebus in ade B. Virginis, Hor, 2.

165(0)500



dulcissimis. Domi cum aliquantisper
bernante S.S. Numinis providentiâ, su-
su Patrû, Anno millesimo, sexcentesimo
tori Sociam sibi cooptavit Virginem
dicissimamq; ANNAM Arnoldes/
& Præstantissimi Dn. JOHANNIS
industrii, & præcipuis annumerandi F
duam planctu acerbo Mariti conjunct
tissimi necem lugentem; quod suave
tum fuit connubium, & animorum con-
datum, attamen minus diuturnum, q
miserè excruciat pungitq; mærentis
quem ut levamine subministrato Altis-
precamur. Suscepit Macarites ex C
Filiolam unicam ANNAM-DORO
lios verò numero quatuor, quorum b
JOHAN-HENRICUS & ERNE
ANDER, juxtâ cum Filiolâ primo
etenim sibi vendicat Jehova) maturè
quantùm inquinato ad cælestes conce
Duo verò sarculi posteriores vivi vege
stites remansere, JOHANNES v
NESTUS, qui cum immaturè propen-
nisq; paternæ felicitate orbatî sint, eor-
gerat impensiosem indulgentissimus
tector, eosq; ad virtutum specimina &
re faxit, vovemus. Orbi quamdiu int-
ctus candori strenuè operam impend-
nævîs haud esset immunis, illos tam
immò delicta Servatoris cruore tingi
credidit, & ex Verbi pharmacopolio,
rum promptuario medicinam sibi com

